

**www.e-rara.ch**

**Responsorum iuris sive consiliorum dn. Udalrici Zasii II. doct. clarissimi et  
in Academia Friburgensi quondam ordinarij, liber primus[- liber secundus]**

**Zasius, Ulrich**

**Basileae, 1538-1539**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-645>

Clarissimo et publici privatique iuris consultissimo viro, domino Matthiae Held, caesareae  
maiestatis procancellario dignissimo, domino & patrono suo summe observando, Michaël  
Isingrinus civis & ...

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CLARISSIMO ET PVBLICI PRIVA  
TIQVE IVRIS CONSVLTISSIMO VIRO, DOMI  
NO MATTHIAE HELD, CAESAREAE MAIESTA  
tis Procancellario dignissimo, domino & patrono suo sum  
mè obseruando, Michaël Ilingrinus ciuis & typo  
graphus Basiliensis S. P. D.



Vamuis, clariss. uir, ueteres non solum oratoriae artis peritissi  
mi, uerumetiam fabularum autores, de eloquentiae praestantia  
multa scripserint, qui in Amphione Orpheoque ingentem di  
cendi uim subnotarunt, quorum alter rigida mouisse saxa, alter  
uero quercus & ornos traxisse cithara fingitur: quod & Galli sequuti, qui  
Herculi Celtico, quem ipsi patrio sermone Ogmium appellabant, tantam  
eloquentiae efficaciam tribuere, quod mortales omnes sua facundia, quasi  
catenulis quibusdam à lingua in aures infixis, quò uellet circunduceret. Ego  
tamen adduci uix possum, ut credam, solam fandi dominam eloquentiam, lar  
gum inquam illum differendi fulgorem, qua grandiloqui oratores ad permo  
uendos imò conuertendos animos instructi, auditorem attonant, concutiunt  
& prosternunt, ut admiretur, stupeat, oderit, diligat, fremat incitatus, tran  
quillus subsidat, tantam habere *ὀρεσγεια*, nisi uirtutibus ipsis, prudentia  
scilicet, humanitate, multaque rerum cognitione sit stipata: quippe quum elo  
quentia inani duntaxat citoque peritura dulcedine ac uoluptate aures demul  
ceat, haec uero saluberrimos eosque perpetuos in animis nostris aculeos relin  
quant, ueram philosophiam ac animorum coniunctionem nobis conciliantes.  
Ad haec uirtutum eminentiam non nisi probus (ut inquit Aristoteles) con  
sequitur, hanc uero improbos & maledicos etiam nancisci posse in confesso sit.  
Adde quod uel sola humanitate, iuxta M. T. Ciceronis & Epicleti summi  
philosophi sententiam, nihil prius, melius, amabilius ue sit, nihilque quod magis  
alliciat homines ad diligendum: siquidem eius gratia eos etiam quos antea nun  
quam uidimus, unice quodammodo diligere solemus. O fortunatum cui contigit his  
rigari fluminibus, dignus nimirum qui rerum & publicarum & priuatarum gu  
bernacula moderetur. Et sanè haec tam praecleara rarissimaque animi ornamen  
ta in te splendidissime elucere, atque ita ad palmam niti ut alterum cum altero æ  
mula paritate concertet, summumque gradum attigisse, tum iam olim uniuersis bo  
nis & doctis, tum uero & nuper mihi constare coepit. Nam cum anno superio  
re Spira ad iter iam accinctus, quietem tuam, & illam quidem nocturnam, intem  
pestiuus interturbarem, duce Dn. Leopoldo Dicio V. I. Doct. ornatissi  
mo, dictu tamen incredibile, quanta me humanitate exceperis, tractaris, ac di  
miseris: quanta denique animi sinceritate, summoque rerum iudicio, ad optimos  
quosque utriusque linguae autores recte nitideque excudendos, iusta adhortatione

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

incitaris : non dicam qua cum grauitate de bonis studijs promouendis interim differueris. Celebrent ergo Lycurgos, Solones, Epaminondas suos Græci, laudibus ad cœlum usq; ferant Hamilcares, Hannibales, ipsi Carthaginenses : sint apud Romanos maximo in precio Numæ, Scipiones, Camilli, Publicolæ, Metelli, Catones, Octauij Augusti : tu certe unus hominum deorumq; consensu, istum tuum (ut sic dixerim) Procancellariatũ, quem nõ à quouis principe, uerũ à catholico omnisq; æui opt. max. CAROLO Rom. Imp. inuictissimo augustissimoq; adeptus es, qua quidem dignitate nulla homini togato apud nos maior deferri potest, tanta dexteritate, sapientia, modestia, humanitate erga omnes geris, sic omnia horũ munia officiaq; excelsò & infra-cto suscipis animo, solus que tanta celeritate tot ingruentes Rom. Imperij negociorum fluctus, quæ uel ipsius etiam Atlantis humeros deprimere possent, conficis, ut interim tamen non postremũ optimis literarũ studijs locum relin- quas. Atq; hæc quidem de uirtutibus tuis, quibus mirè præditus es, obiter ac uelut in transcurso attingere libuit. Ad plenũ enim de ijs differere, laudumq; tuarum omnium catalogum recensere, non est nostri instituti,

Quem qui scire uelit, Libyci uelit æquoris idem

Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ :

Aut ubi nauigijs uiolentior incidit Eurus,

Nosse quot Ionij ueniant ad littora fluctus, ut ait Poëta.

Hiscè ergo tam splendidis. animi tui dotibus illeclus, chartaceũ hoc munuscu- lum T. D. offerre non dubitauì, certò mihi promittens futurum, eam, non muneris ipsius exiguitatem (exiguum enim si donatarij excellentiam specte- mus) sed rei magnitudinem ac summam utilitatem, animo beneuolo aestimatu- ram. Porrò non temerè secundum hunc clariss. Iureconf. D. Vdalrici Zafij Consiliorũ tomũ, clarissimo nomini tuo consecrare, hisq; te selectum patronũ nominare, constitui. Cum enim Iuris ciuilibus Pontificijq; scientia sis longe peri- tissimus, nemo est qui facilius & melius aduersus maximam uilitatorum insectationem, hæc clarissima Iuris responsa tueri queat. Cæterũ de ipsius au- toris Zafij laude præstat mea quidem sententia omnino nihil, quàm parũ di- cere: partim quod celeberrimis ac utilissimis suis monumentis posteritati re- lictis, seipsum satis cõmendarit, partim uero quod uno ore doctissimi quiq; no- stra tẽpestate uiri, elegantissimis suis scriptis abunde laudibus eum profecuti sint. Quod superest igitur, precor, ut Deus opt. maximus egregios conatus tuos usq; fortunare pergat, atq; T. D. reip. Christianæ, ac optimis artibus quibus promouendis haud dubiè natus es, incolumem, florentem, & longæuũ foueat atq; conseruet, cui me unicè commendo. Vale optime. Basileæ, tertio calend. Martias, Anno 1539.